Universität Hamburg
DER FORSCHUNG | DER LEHRE | DER BILDUNG
Formulae Litterae Chartae
AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN IN HAMBURG

Tours 16 (lat)

XVI[a] CARTA[bc] IN[d] PUELLAM FACTAM AB EO QUI IPSAM INVITAM TRAXERIT

Viventibus[e] [1]*patribus*[f] *inter filios familias sine voluntate* eorum *matrimonia non legitime copulantur,*[g] *sed*[h] *contracta*[i] *non solvuntur*.

Idcirco ego[j] in Dei nomine **ille**

Dulcissima coniux mea **illa**, dum[2] et te[k] sine voluntate parentum tuorum rapto[l] scelere in meo sociavi coniugio, unde vitae[m] periculum incurrere debui, sed intervenientes sacerdotes vel bonis hominibus vitam obtinui[n] Ideo placuit mihi, ut per hanc epistolam conpostionalem[o] – *aut si convenit*: cessionem – aliquid[p] de rebus meis tibi[q] confirmare deberem. Quod ita et feci. Hoc est locellum[r] nuncupantem **illum** situm[s] in pago **illo** cum terris, aedificiis,[tu] accolabus, mancipiis, libertis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve[v] decursibus, mobilibus et inmobilibus Cum[w] omni supraposito suisque adiecentiis[x] vel[y] omni integritate quicquid[z] inibi[aa] praesenti[ab] tempore mea videtur esse possessio, de iure[ac] meo in tua trado potestate[ad] vel dominatione, ita ut, quicquid exinde a die praesente[ae] facere volueris, liberam et firmissimam in omnibus habeas[af] potestatem.

Et si fuerit aut ego[agah] ipse aut ulla quislibet persona, qui contra hanc epistolam[ai] refragationem aliquam [aut][aj] calumniam[ak] generare presumpserit, illud quod repetit non vindicet, et insuper contra[al] cui litem intulerit solidos **tantos** conponat, et haec epistola firma permaneat

---

[a]XVI] XV P_{10}
[b]CARTA … TRAXERIT] CARTA IN PUELLAM AB EO QUI EAM RAPUIT Ko_{2}
[c]CARTA] KARTA P_{10}
[d]FACTAM] FACIAM Wa_{1}; FACTA P_{10}
[e]Viventibus] venientibus Ko_{2}, P_{16}^{a}
[f]patribus] parentibus P_{10}
[g]copulantur] copolantur P_{3}
[h]sed … solvuntur] *fehlt* Ko_{2}, P_{3}; sed con P_{16}^{a}
[i]contracta] coniuncta P_{10};
[j]ego … ille] ego ille Ko_{2}, P_{3}; in Dei nomine illae P_{16}^{a}
[k]te] a te P_{10}
[l]rapto] raptuo P_{10}; repto P_{16}^{a}
[m]vitae] vite Ko_{2}, P_{3}, P_{10}, P_{16}^{a}
[n]obtinui] obtenui P_{3}
[o]conpostionalem] conpositionale Ko_{2}; conposcionalem P_{3}, P_{10}; conposionalem P_{16}^{a}
[p]aliquid] aliquit P_{16}^{a}
[q]tibi] *fehlt* P_{16}^{a}
[r]locellum … illum] locello nuncupante illo Ko_{2}; locello noncupante illo P_{3}; locello illo nuncupante P_{10}; locello nucupante illo P_{16}^{a}
[s]situm … illo] *fehlt* Ko_{2}; sitam in pago illo P_{10}
[t]aedificiis … inmobilibus] et cetera Ko_{2}, P_{3}
[u]aedificiis] edificiis P_{16}^{a}
[v]aquarumve] aquarumvae P_{16}^{a}
[w]Cum … adiecentiis] *fehlt* Ko_{2}, P_{3}
[x]adiecentiis] adiacentiis P_{10}
[y]vel … integritate] cum omni integritate Ko_{2}, P_{3}, P_{10}
[z]quicquid] quidquid P_{16}^{a}
[aa]inibi] ibidem Ko_{2}, P_{3}
[ab]praesenti] praesente P_{3}; presenti P_{10}
[ac]iure] iurae P_{16}^{a}

[ad]potestate] potestatem P_{3}
[ae]praesente] praesenti Ko_{2}; presente P_{10}
[af]habeas] abeas Ko_{2}, P_{3}
[ag]ego] *fehlt* P_{16}^{a}
[ah]ego … permaneat] aut ego ipse et reliqua *Rest fehlt* Ko_{2}; aut ego et reliqua *Rest fehlt* P_{3}; *fehlt* P_{16}^{a}
[ai]epistolam] epistola P_{10}
[aj]aut] *fehlt* Wa_{1}
[ak]calumniam] caluniam Wa_{1}
[al]contra … intulerit] partibus tuis contra vel cui litem intulerit P_{10}

---

[1]Epit. Aeg. PS. II,20,2 *interp.*
[2]*cf.* Marculf II,16

Tours 16 (lat), Formulae-Litterae-Chartae Projekt. Hamburg 2023-07-05
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:tours.form016.lat001/passage/1
Heruntergeladen: 2024-07-23